Recognitione ad praemissa omnia mediante. 1983.

Feria Tertia in Crastino Festi Sanctae Margaretae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 14/VII

Ortynscy Coniuges. Ortynskiemu obligant

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus 779
Nobiles Nicolaus Ortynski, et Eva Czaykowska Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus via propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi et quidem Consors cum praefati Mariti sui, et Tutoris Coniugalis personali assistentia et consensu ad infrascripta recognoscenda consensu Bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Certam partem za Rzeką Bystrzycą in Bonis Villae Ortynice Terra vero et Districtu praesenti Praemisliensi iacens et consistens. Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate,

titulo que obligationis accinetiam omnibus et singulis eiusdem Bonorum Sortis praefatae utilitatibus fructibus, proventibus reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, Nihil ex praemissis Juris, Dominij, proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscentibus suisque Successoribus, aut quovis alio reservando seu excipiendo. verum ita late, longe circumferentialiter que prout eadem Bona Sortis praefatae ipsimet Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant, ipsosque concernebant, ac eadem Legitime serviebant, Jam ex nunc et de facto Nobili Joanni [illegible] eiusque Posteris in Summa Sexaginta Florenorum Polonicalium iam per se Recognoscentes levata et percepta de qua praesentibus quietantur, hinc et ab Acta praesenti, ad Diem et festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Quarto proxime et immediate venturo incidens, et in defectu pro tunc eorundem Bonorum Sortis memoratae exemptionis Summaeque memoratae Sexaginta Florenorum Polonicalium totalis et integrae realis persolutionis, ex tunc de Triennio ad Triennium, festo ad festum proximi Similiter die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinan[tis] Trienniis et festis se se continue et immediate sequentibus, usque ad exemptionem Bonorum eorundem Summaeque memoratae totalis et integrae realis et effectualem persolutionem, obligaverunt, inscripserunt et invadiaverunt, prout obligant, inscribunt et invadiant praesentibus. In quae quidem Bona Sortis memorata, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes obligata et invadiata, iam ex nunc

et de facto iidem Recognoscentes Nobiles Nicolaus Ortynski et Eva Czaykowska Coniuges Legitimi, praefato Nobili Ioanni Ortynski Obligatario suo eiusq Posteris coram Offcio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et Actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles deos die quacunque volunt Officiose accipiendam Per ipsum Obligatarium suum, ipsiusque Posteros, haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et Vsufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad vsus suos suorumque successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter conuertendi modo ac Iure obligatorio. Debentque et tenebuntur memorati Recognoscentes Nobiles Ortynscy Coniuges legitimi, prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis, eidem Suprascripto Nobili Ioanni Ortynski Obligatario suo inscribunt et obligant praesentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscentes inuadiatis et ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque Personarum cuiuscunque Conditionis, Status et Sexus quomodo existentium, eximenda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, euincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum Posteris reddere, nec non haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus, prioribus et posterioribus, super praemissa

omnia modo quovis quicunque Personarum facto et fa-
ciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem
Bona suprascripta modo quocunque importatis et impor-
tandis, Lucris denique et Devolucionis(?), Processibusque In-
ris quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris depen-
dentibus, et in quovis Judicio et officio Regni obtentis et
obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus
obligatis perductis et perducendis emundare et exbe-
rare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intro-
missionem praefatam eorum Officio praedenti admissam in
fundo Bonorum praefatorum praesentibus inuadiatorum
per Ministerialem et duos Nobiles officio Regni sequi-
retur, non denegare, imo debebunt et tenebuntur easd(em)
libere dare, et effectualiter admittere, daturque et
admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemisso-
rum omnium praesentibus inuadiatorum quovis modo
tam per se quam per suas quovis submissas et subor-
dinatas personas non praepedire nec adimere, ipsius
obligatarium suum et illius Posteros in praemissis omnibus
praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut
haec eadem Bona, praemissaque omnia praesentibus
inuadiata idem obligatarius suus cum suis Poste-
ris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obli-
gatoriae vigore, tenere habere et possidere queat, et
usufrui possit, usque ad exemptionem Bonorum eo-
rundem Summaeque memoratae totalis et integrae rea-
lem ac effectualem persolutionem. Idque sub Vadio
Simplicis Summae Sexaginta Florenorum Polonicalium
per eosdem Recognoscentes, sive eorum Successores

suprascripto obligatario suo vel illius Successoribus ob non completionem promissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo promisso ad solvendum succumbito, ac pro re aliqua principali ex promissis non completa complenda citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Nicolaus Orzynski et Eva Czaykowska Coniuges legitimi, vel eorum Posteri, ad instantiam supramemorati Nobilis Ioannis Orzynski vel eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu suprascripto, quod ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, comparere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, acomne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac illos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causa eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, admunimenta ad Evictionem, vel aliis quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Eva

sionibus Suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ortynski Consorti Reformat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus
779 Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Nicolaus Ortynski, olim Nobilis Iacobi Ortynski, cum olim Nobili Theodozya Swobodzka Consorte eius legitima procreatus Filius, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Quia ipse Nobili Eua Czaykowska olim Nobilis Wasko Czaykowski cum Nobili olim Helena Komarnicka Consorte ipsius legitima procreatae Filiae suae vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque Posteris Summam Viginti Quinque Florenorum Polonicalium ratione vero dotis et expeditionis post ipsam accepte et in domum suam importatis, nec non aliam Similem Summam Viginti Quinque Florenorum Polonicalium ratione certi, veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium hereditariorum et obligatoriorum mobilium